DISTINZION DEL TERZ CAPITOL.

In del terz capitol gh'è denter: I. I qualità di cittadin. II. El numer di òmen secolar de la città e del sò circondari. III. El numer di canònich e di curi regolar. IIII. El numer di cappell. V. El numer di monastee. VI. El numer di ospedai. VII. El numer di cà di Umiliaa. VIII. El numer di fraa de Sant Agostin. VIIII. El numer di cà de povertà. X. El numer di fraa che stann con la soa famiglia. XI. El numer de tucc i dispensaa da la regola secolar. XII. El numer di bocch uman de Milan e del sò circondari. XIII. El numer di cur de la città. XIIII. El numer de tucc i abitant de la città. XV. El numer di òmen abil in la città. XVI. El numer di cavalier de la città. XVII. El numer di òmen de leg insèma a quei che fann i decrett. XVIII. El numer di nodar. XVIIII. El numer di servitor. XX. El numer di trombetta. XXI. El numer di mèdegh che hinn ciamaa fisich. XXII. El numer di cerusegh. XXIII. El numer di maester de grammatica. XXIIII. El numer di dottor in cant ambrosian. XXV. El numer di maester elementar. XXVI. El numer di scrittural. XXVII. El numer di prestinee. XXVIII. El numer di bottegh. XXVIIII. El numer di macellar. XXX. El numer di pescador de lagh e de fiumm. XXXI. El numer di albergador. XXXII. El numer di ferree che tacchen i ferr ai pee di besti. XXXIII. El numer di ferree che fann i sonaj. XXXIIII. I capitani e i vavassor e alter nobil e tucc quei che vann a caccia con falchett e falcon. XXXV. El numer di tomb de preia e di sepolcher.

Esaltazion de Milan per i sò abitant.

Considerada in reson di sò abitant, Milan el me par el pussee famos fra tucc i città del mond.

I. De fatt quei che hinn nassuu chì, òmen e dònn, gh'hann ona statura particolar, on aspett alegher e puttòst benevol, hinn sincer, eserzissen men malizia vers i forestee, tant che se desferenzien pussee de alter da i alter pòpol; viven in manera decorosa, ordinada, de scior, e se vestissen cont eleganza; e depertutt in doe se troeuven, tant a cà soa che in di alter sit, hinn abastanza ladin a spend, onorevol, onorifich, simpatich per i sò usanz e per la vita che fann. Come la soa lengua la se parla e la se capiss pussee facilment de on'altra in mezz

omnes gentium [facie sola] in omnibus dinoscuntur. Religiosi [pre]ceteris cuiusque sint patrie ...... extra patriam suam probabilius......non sunt aput omnes gentes pre ceteris [igitur excolendi?] Contradicet aliquis hic: cur moribus ita Mediolanum colaudas? Nonne patet aput ora eorum inter se livorum prodicio, discordia civillis et crudelis destructio? Ergo male dicis. Respondeo quod argumentatio illa non vallet sicut nec ista. Inter XII apostulos fuit contentio, fuit Iude prodicio, fuit quoque qui ter Christum negavit; igitur appostoli minime laudandi? Contradicet rursus licet aliquis: cur, si est in eis quod predicas, non refrenat tantam maliciam bonitas? Respondeo: quoniam temporallis potentia sepius viciosis accedit, et filii tenebrarum sepe in suis iniquitatibus ferventius et cautius quam filii lucis in suis operibus operantur. Hec demitto vobis; prosequar quod intendo.

II. Tam in civitate quam in comitatu sive in eius districtu numerosi populi augumentatur cotidie numerus et extenditur hedificiis civitas. Quidni ubi est gloriosum vivere popullum fecundare? Ideoque computatis civibus cum forensibus cuiusque generis reperiuntur in universo viri multo plures ducentis milibus numero, qui quidem singuli se singulos viros in bello valere putarent . In quorum numero nequiquam diversorum generum conputantur exempti; monaci, canonici et alii clerici et religiosi tam professi quam in domibus propriis cum suis degentes famullis. Quorum numerus omnium uni provintie, quecunque sit, videretur sufficere. Cuius rei declarande gratia ad quedam miranda, sed non veritate carentia, stillum diverto.

III. In civitate quidem sunt decem canonice, in quarum numero non est domus ubi est ecclesia catedralis. In eius vero comitatu septuaginta, extra quarum sunt numerum ordinis Humiliatorum canonice, que sunt septem, et curie regulares, que dant vigessimo primo numero conplimentum.

IIII. Sunt deinde in civitate capelle nonaginta quattuor numerum

a la varietà de tucc i lenguagg, inscì lor, domà per el sò aspett se desferenzien fra tucc i alter pòpol. Hinn religios mej de alter che sien de quaisessia patria ...... (17)*, pussee probabilment foeura de la soa patria ...... Hinn minga donca fra tucc i pòpol quei de onorà mej di alter? Chì on quaidun el pò repià: «Perchè te esaltet inscì tanto Milan per i sò usanz? El sann minga tutti che in bocca ai sò abitant gh'è la denuncia di gelosii fra de lor, la discòrdia civil e la ruina crudel? Donca te parlet a vanvera». Ma mì ghe rispondi che quell argoment lì el var minga, inscì come el var nò quest chì: «Fra i dodes Apòstol gh'è staa disacòrd, gh'è staa el tradiment de Giuda, gh'è staa fina chi l'ha negaa Gesù Crist per trè vòlt; eppur gh'è de lodà i apòstol de men?». Eppur on alter el pò repià de capp: «Perchè allora, se lor gh'hann i qualità che te diset tì, la soa bontà la mett minga on fren a tanta malizia?». E mì ghe rispondi:«Perchè la potenza temporal la tocca pussee de spess i vizios, e i fioeu del scur, de spess, se dipòrten in di sò cattiveri in manera pussee scalmanada e furba che minga i fioeu de la lus in di sò bònn azion. Chesschì el lassi a vialter; mì voo avanti a dì quell che gh'hoo de dì».*

II. Tant in la città che in del circondari ò in del sò distrett el pòpol, che l'è giamò numeros el cress el sò numer tucc i dì, e la città la se slarga cont i sò cà. E in doe se viv in glòria perchè el pòpol el doaria minga vess fertil? E alora, se femm el cunt di cittadin cont i forestee de ògni gèner, se troeuva in total on numer molto pussee grand de dusentmila òmen che se consideren ciaschedun singolarment abil in guerra. In sto numer hinn minga staa cuntaa quei de gèner divers che hinn esentuaa; fraa, canònegh e alter ceregh e religios, sia che sien profess sia che staghen a cà soa cont i sò serv. El numer de tutti questi el podaria vess assee a ona provincia, qualunque la sia. De chi ròbb chì che gh'hoo de dì vòlti con grazia la pènna a fatt meraviglios, ma minga scars de verità.

III. In la città gh'è anca des canònich, ma in sto numer l'è nò compresa la cà in doe gh'è la gesa cattedral. A dì el ver in del sò circondari ghe n'è settanta, e al de foeura de sto numer gh'hinn i canònich di Umiliaa, che hinn sett, e i cur regolar, che dann la sòma de vintun.

IIII. In de la città poeu gh'è i cappell che riven al numer de

adimplentes. Quot vero sint extra civitatem numeret qui potest et plures inveniet septingentis. Que omnes fere tam canonice quam curie regullares atque capelle singulis beneficialibus tribuunt redditus competentes.

V. Sunt deinde in civitate sex monacorum cenobia; monacharum vero sunt octo. In comitatu vero, conputatis omnibus utriusque sexus cenobiis, saltim quinquaginta quatuor esse noscuntur; quorum quidem pars magna tam personarum numero quam temporalium bonorum prosperitate satis feliciter prosperant.

VI. Sunt rorsus in civitate cum suburbio, de quo semper intelligitur cum de civitate fit mentio, decem pro infirmis hospitalia temporalibus bonis omnia fere convenienter dotata. Inter que caput est hospitalle de Brolio, possessionibus preciosis ditissimum, quod anno MCXLV a Guifredo de Buxero fuit inceptum; in quo, sicut testantur ipsius fratres atque decani, aliquando et specialiter in carastii diebus, cum numerati sunt, plures quingentis pauperibus infirmis in toris iacentibus et plures totidem non iacentibus inveniuntur, qui omnes ipsius hospitallis expensis cibum sumpserunt; preter quos etiam nichilominus plures trecentis quinquaginta pussillis ab originibus pennes singulas existentibus baiulas in huius cura contingunt. Omnes quidem infrascripti pauperes, exceptis leprosis, quibus deputatum est aliud hospitalle, ibi recipiuntur et tam lecto quam victu benigniter atque copiose reficiuntur. Omnes etiam pauperes cirurgie cura egentes a tribus cirurgicis de speciali causa super hoc deputatis, a comuni salarium accipientibus, diligenter curantur. Nulius denique miseria ibidem indigentis repudium patitur nec repulsam. In comitatu vero sunt xv hospitalia vel id circha.

VII. Sunt quoque secundi ordinis Humiliatorum domus utriusque sexus in civitate et comitatu ducentessimum vigesimum numerum adimplentes, in quibus personarum copiosus est numerus religiosam vitam ducentium cum propriis manibus laborando. Inter quas domus de Brayda principalis habetur. Eiusdem ordinis canonice, ut dictum est, septenario numero potiuntur.

novantaquatter. Quanti sien in realtà quei foeura città, el faga el cunt chi l'è che l'è bon e ne trovarà pussee de settcent. Quasi tucc, tant canònich che cur regolar e càppell, conferissen on reddit convenient ai sò singol beneficiari.

V. Poeu in città gh'è ses convent de fraa; quei di mònegh hinn vòtt. In del circondari, a dì el ver, se se cunten tucc i monastee de tucc e duu i sess, se ven a savè che riven almanch a cinquantaquatter; e ona gran part de questi el cress abastanza felicement tant per el numer di persònn che per la prosperità di ben temporai.

VI. D'altra part gh'è in la città col sò circondari, che el se intend semper compres quand se parla de città, des ospedai per i malaa, quasi tucc scortaa in giusta manera de ben temporai. Tra quest el primm l'è l'opedal del Broeu, dotaa comè de possession prezios, e che l'è staa fondaa in del mila e cent quarantacinqu dal Goffred de Busser; in 'sto ospedal, come testimònien i sò stess fraa e decan, quand che, e specialment in di dì de Quaresma, hinn staa cuntaa [18]*, se troeuven pussee de cinqucent malaa buttaa giò in su i pajon e pussee ancamò de quei in pee, tucc mantegnuu in sui spes da l'ospedal stess; oltra a questi anca nient de men che tresentcinquanta bagaitt, hinn ciappaa in cura, pèna nassuu, da altertant bàjli* [19]*. Donca tucc i pòver che emm dii, foeura di lebbros per i quai gh'è on alter ospedal* [20]*, hinn ricoveraa lilinscì e riceven on lett e de mangià con benevolenza e abondanza. Anca tucc i pòver che gh'hann bisògn de cur de cerusìa hinn curaa per ben da trii cerusegh che hinn lì apòsta per quest e ciappen on stipendi dal comun. Gh'è nissun infin ch'el sia poerett ò in miseria ch'el patissa on refud ò el vegna respingiuu. In del circondari poeu i ospedai hinn quindes ò giò de lì.*

VII. Gh'è anca, in la città e in del circondari, i cà del segond ordin di Umiliaa de tucc e duu i sess, che riven al numer de dusenvint, in doe el numer di persònn che fann ona vita religiosa e che laoren cont i sò man l'è molto alt. La principal de sti cà l'è quella de Brera [21]*. I canònich de chel ordin chì, come emm dii, riven a sett.*

VIII. Sunt preterea utriusque sexus alie domus de beati Augustini ordine archipontificis tantum protectioni vel aliquorum de ipsius commissariorum licentia subdite procul dubio sexaginta.

VIIII. Sunt quoque domus paupertatis in copia; et primo numerosus Predicatorum conventus, deinde Minorum, quorum, preter principallem conventum, IX sunt in comitatu nostro subdite mansiones; tertio Heremitanorum; quarto sante Marie de monte Carmello; deinde quorundam aliorum, quorum omnium pluralitas ultra quadrigentesimum numerum termino suo potitur. Qui omnes elimosinis nutriuntur.

X. Sunt quoque religiosarum paupertatis domus alique, inter quas nobilissime religiosse sancti Apolinaris de ordine beati Francischi honestate, santitate, nobilitate ac numero preferuntur. Quid dicam de diversorum ordinum fratribus, videlicet de sancte Marie militibus, de ordinis tercii Humiliatorum et ordinis penitentie fratribus cum propriis famulis habitantibus, qui sunt, computatis omnibus, tam intus quam extra, plures numero septingentis ? De eorum ordinum mulierum numero copioso nichil ad presens. Quid dicam de reliquis in habitu religiosorum degentibus, quorum alii sunt domibus regularibus cum suis possessionibus redditi vel in conversorum habitu eis deservientes; alii vero singulis deservientes ecclesiis; alii heremitarum vel reclusorum cum suis conversis eisdem deservientibus vitam ducentes; alii alio quocunque modo a secularibus viris exempti? De quorum copioso numero ...... memoratorum specialiter nich[il dicho].

XI. Hoc autem in generali se[cure affirmo, quod] tam intus quam extra, con[putatis] presbiteris et aliis clericis cuius[que ordinis] ferentibus habitum et a secularibus [... exemptis, religios]orum plures decem milibus Ambrosiano pane fruuntur. Quorum meritis et intercessionibus credimus hanc Deus civitatem multis periculis liberasse. De mulierum quidem in habitu religioso religiosam vitam ducentium numero mirabilli nichil dicho.

XII. Per predicta igitur notari potest Mediolanensium bonitas naturallis. Quid de Mediolani et comitatus copioso cetere multitudinis numero dici potest? Silentium; qui potest capere

VIII. Desorapù, alter cà de tucc e duu i sess de l'ordin de Sant Agostin, sòtta la protezion domà del Papa ò de commissari con la soa licenza, hinn senza dubbi sessanta.

VIIII. Gh'è anca tantissim cà de Povertà; in testa, per el numer di fraa, gh'è el convent di Predicator, e poeu quell di Minor, al qual, oltra al convent principal, hinn soggett in del circondari noeuv cà; al terz pòst gh'è quell di Eremitan; al quart quell de Santa Maria del mont del Càrmen; poeu ghe n'è di alter, che in total lòggen pussee de quattercent fraa. Tucc scampen de limòsna [22].

X. Gh'è anca di alter cà de Povertà de mònegh, fra i quai i nobilissim religios del convent de Sant Apollinar se distinguen per onestà, santità, nobiltà e numer. E cosa disaroo di fraa di ordin divers, cioè di soldaa de Santa Maria, del terz ordin di Umiliaa e di fraa de l'ordin de la Penitenza che stann con la soa famiglia, che hinn, tucc compres, tant denter che foeura la città, pussee de settcent? E disi nagòtta del numer abondant de dònn che gh'hinn in sti ordin. Ma cosa disaroo di alter che vestissen l'àbet religios, che s'hinn daa ai cà regolar cont i sò ben ò ghe fann i servizzi in àbet de convers; di alter inveci che fann servizzi domà in ona gesa; di alter che fann vita de eremita ò de presonee cont i sò convers che je serviss; di alter che in quaisessia manera hinn al de foeura di òmen secolar? Del numer abondant de questi ...... in particolar de chi la cunta sù disaroo nagòtta.

XI. Ma in general pòdi dì quest con sicurezza, che tant denter che foeura de la città, dòpo avè cuntaa i pret e i alter ceregh che pòrten l'àbet de l'ordin e hinn esentuaa da la vita secolar, pussee de desmila religios scampen de pan ambrosian. Numm credom che per i sò merit e i sò intercession el Signor l'ha liberaa sta città de tanti pericol. E disi nagòtta del gran numer de dònn che in àbet religios fann vita religiosa.

XII. Per tutt quell che emm dii, donca, se pò notà la bontà di Milanes. E cosa pòdom dì del gran numer di alter abitant de Milan e del circondari? Fee citto; chi l'è bon de capì, ch'el capissa. Ma ghe sia

capiat. Hoc michi tamen parcetur quod minime taceo; quoniam sicut a longe perpendo, multis hoc idem firmiter asserentibus, plures septingentis milibus humanarum utriusque sexus bucarum, computatis omnibus pusillis cum maioribus, Ambrosiane terre superficiei vitam ducunt; qui de manu Dei, et est mirabile unde, Ambrosiana cotidie sussipiunt alimenta. Quidni, si tot sunt in numero,

XIII. Cum solum in civitate suo plenissima populo sint proculdubio parochie CXV, inter quas pro certo sunt quedam in quibus quidem singulis habitant familie plures quingentis; in quibusdam vero aliis abitant circha mille?

XIIII. Quot igitur bucche humane civitatem tantam inhabitant numeret qui potest. Quod si perfecte valebit efficere, circha ducenta millia, ut firmiter cogito, comulabit in numero, cum pro certo probatum sit et serio dilligenter investigatum, quod mille ducenti modii bladi solum in civitate singulis diebus, conputatis temporibus, consumantur et ultra; cuius rei veritatem sic esse certificant qui solent bladi triti a molandinis tributa exigere.

XV. [Quot autem esse] posint in bello bellatores [qui no]sere cupit, noverit, quoniam [plures quadraginta] milibus, velut singulis et omnibus [conputatis], hanc urbem inhabitant, qui singuli[ensis vel] lancee vel alterius gladii [auxilio singulos pugnare] valerent contra hostes.

XVI. Quot equites in bello aptos facere posit hec civitas anuntio, quoniam in ipsa cum comitatu suo plures decem milibus de facilli possent ex precepto comunis equos militares tenere. Et ut etiam predictorum per suas partes veritas enucleata quodammodo per aliam viam perspicaciter elucescat, aliquos extra molys plicam nucleos enodabo.

XVII. Sunt enim in ipsa solummodo civitate utriusque iuris periti CXX, quorum colegium numero simul et sapientia in toto mondo non creditur par habere. Hii omnes ad sententias dandas parati litigantium numos libenter accipiunt.

on poo de rispett per mì se tasi nò; de già che, come hoo faa el cunt da tanto temp, e quest hinn in tanti a confermall, pussee de settcentmila bocch, fra òmen e dònn, compres cont i grand anca tucc i fiolitt, viven in su la superfice de la terra ambrosiana; e tucc i dì ciappen el mangià ambrosian da la man del Signor, e de doe el vegna l'è meraviglios. E perchè el pò minga vess on numer inscì grand,

XIII. Se domà in de la città stracolma del sò pòpol gh'è senza dubbi cent quindes parròcchi fra i quai ghe n'è ona quaivoeuna che de sicur la gh'ha pussee de cinqucent famili; e di alter che ghe n'hann quasi mila (23) ?

XIIII. Del rest quanti sien i bocch uman in d'ona città inscì granda, ch'el faga el cunt chi l'è che l'è bon de fall. S'el sarà bon de fall polito, el rivarà al numer de quasi dusentmila, son sicur, perchè come l'è staa provaa con indagen seri e diligent, ògni dì, domà in città, se consumen, in ògni stagion, mila e dusent moeusg de gran e anca pussee; e la verità de sta ròbba l'è garantida de quei che fann pagà ai molin i tass sul gran masnaa (24).

XV. Chi poeu el voeur conoss quanti podarien vess i soldaa in caso de guerra, el troeuva che stann in questa città, in total, pussee de quarantamila òmen che hinn bon de scombatt singolarment contra el nemis con l'aiutt ciaschedun de ona spada ò ona lancia ò de on'altra arma (25).

XVI. Quanti cavalier abil in guerra sta città la pòda mett in camp v'el disi mì, dato che tra lee e el sò circondari se podarien tegnì, a on ordin del comun, pussee de desmila cavai de guerra. E perchè anca la verità di ròbb che emm dii, tirada foeura dal guss in ògni soa part, la sberlusissa per on alter vers in ona quai manera pussee ciara, desgropparoo on quai sciroeu foeura da i cresp de la massa.

XVII. De fatt gh'è, domà in città, cent vint espert in tutt e dò i leg, e el sò colleg, per el numer e per la sapienza, se cred ch'el pòda minga 'veghen vun compagn in tutt el mond. Tutti questi, pront a dà i sentenz, ciappen volentera di danee da quei che tacchen lit.

XVIII. Notarii sunt plures mille quingentis, inter quos quamplurimi sunt optimi contractuum dictatores.

XVIIII. Comunis nuntii, qui vulgo servitores dicuntur, proculdubio sunt sexcenti.

XX. Sex autem sunt comunis tubicines principalles, viri honorabilles et egregii, in sue tante civitatis honore non solum equos tenentes, at quoque more nobilium decentem vitam ducentes, diverso a ceteris mondi tubicinibus ac mirabilli modo tubantes. Ipse enim tubarum clamor terribilis, in bellorum tumultibus ultra pactum conveniens, cui non est alter a nobis auditus in toto mondo consimillis, huius civitatis altitudinem simul et fortitudinem significare cognoscitur.

XXI. Medici periti, qui fixici vulgo dicuntur, sunt XXVIII.

XXII. Cirurgici vero diversarum manerierum plures CL; inter quos sunt quamplurimi naturaliter medici excelentes ab antecessoribus domus sue cirurgie notitiam antiquitus habitam protrahentes, qui in aliis Lombardie civitatibus non creduntur pares habere.

XXIII. Professores artis grammatice sunt octo, disipulorum copiam sub sua unusquisque ferulla protegentes et, preteritis aliarum civitatum doctoribus, ut manifeste perpendi, grammaticam cum ingenti labore atque diligentia ministrantes.

XXIIII. Quatuordecim sunt doctores in cantus Ambrosiani notitia excelentes, per quod notatur huius civitatis frequentia clericorum

XXV. Inicialium vero literarum pedagogii plures quidem LXX sunt numero.

XXVI. Librorum scriptores, licet non sit in civitate Studium generalle, quadragesimum superant numerum, qui digitis suis libros cotidie scribentes, panem et alias expensas lucrantur.